FLORA.

№ 16.

Regensburg. Ausgegeben den 15. Mai. **1862.**

Inhalt. E. Stizenberger: de Parmelia colpode. — de Bary: Ueber den Bau und das Wesen der Zelle. — Hofmeister: Ueber O. Heer's Untersuchungen über das Klima und die Vegetation des Tertiärlandes. — Wöhler: Cocain. — Gelehrte Anstalten und Vereine: Schlesische Gesellschaft für vaterl. Cultur. (Schluss)

De Parmelia colpode iterum disseruit E. Stizenberger.

Quemadmodum in literarum studiis principia quae dicimus eclectica omnino sequor ita etiam in lichenologia atque hanc ob causam magnopere gavisus sum laude Nylanderi in Flora 1862 Nr. 5 p. 71 quod ad cognitionem meam scriptorum suorum attinet, affirmans me cum eadem utilitate et voluptate ea legere qua alterius scholae bonum ex utraque eligentem. Sed quod ad artem criticam utriusque scholae res longe aliter se habet. — Non est quod D. Nylander succenseat „Doctori Badensi", sed potius gratias ei agat necesse erit si rationem criticam ejus, quum doctissimus quisque quotidie in errorem incidere possit, nonnunquam esse iniquam ostenderit.

1. Si accuratius observamus quae mihi objecit et insistimus in Parmelia colpode Tuck. exs. 74, quam ut decet statu sicco et humido examinavi, omnis vir lichenologiae vel imperitus plantam adspiciens thallum ejus „pallide-virescentem" nominabit (specimina mea cuique adire licet). Quod si vir lichenologiae peritissimus eum „albidum" nominat — nemo amicorum meorum quibus lichenem ostendi albidi quidquam in eo animadvertit — causa hujusmodi rationis in misera achromopsia oculorum positam esse oportet. Meritó autem naturae speculator venatorque

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0277-5

et is vir non indoctus reprehenditur, si verbis idem significantibus atque omnem modum poëticae licentiae excedentibus „pallide — albidus“ utitur, quamquam eum non omnibus conviciis quae in criticorum lichenologiae scriptis saepissime nos offendunt eum obrutum velim.

2. Recte quidem contendit D. Nylander in Flora (l. c.) dicens me „haud vidisse veram Colpodem Acharianam.“ Hoc enim ita esse mihi persuasi quum specimen typicum ex herbario Nylanderiano vidi — quod vero nihil attinet ad existentiam generis „*Anziae*“. Planta quam antea *P. colpodem* Ach. Nyl., esse putavi re vera est varietas Nylanderiana: *cristulata* (Ach.) *P. colpodis*. Unde vero meus error? Nonne Nylander in Synopsi ad *P. colpodem* Ach. citat Tuck. Lich. Am. sept. 74? Cur hanc citationem non ad var. *cristulatam* attulit quam rationem ipse secutus est in Synops. p. 391, 412, 415, 425? Cur in describenda var. *cristulata* in Synopsi sua lichenum non loquitur de „apotheciis majoribus, de sporis majoribus arcuatis, sed de thallo tantum? Si Nylander apud *Parmelias* vulgo apothecia 2—6 Mill. Diam. mediocria, 7—10 Mill. majora appellat, nonne apothecia 11—14 Mill. magna appellari licet?

3. Quoad paraphyses „res mihi accuratiori examine“ patuit ut jam dixi eas apud *P. colpodem* (sicut in omnibus *Parmelieis sensu* Nylanderiano) esse conglutinatas, quod ut Nylander non ignorat **idem** significat ac „paraphyses non discretae“ quod **minime discrepat** a significatione: „quelquefois elles (les paraphyses) sont confondues entre elles“ Nyl Syn. p. 22. Inde sequitur ut dictum quod Nylander hac de re pronunciavit sit malevolum.

4. Restat ut addam *P. cristulatam* Ach. (*P. colpodem* Tuck. l. c.) nisi forte omnia miscere mavis nullo modo habendam esse varietatem *P. colpodis* Ach. Nyl. (non Tuck.). In *P. cristulata* thalli laciniae nempe apice cristato — l. incisocrenatae, apothecia majora diametro ad 14 Mill. metientia, hymenium superne dilute fuscatum, asci epithecium tangentes, 60 Mik. alti diametro duplo longiores, sporae lunulatae rarissime leviter spirali-flexae long. 8—14 Mik. diametro 3plo longiores. Contra autem *P. colpodes* habet thalli lacinias apice tantum 2—3 crenatas, apothecia mediocria margine ruguloso, hymenium 80 Mik. altum superne fusco-luteum, ascos 40 Mill. altos diametro 3plo longiores, sporas minutissimas ellipticas circa 2 Mik. longas.

5. De pondere characteris e thecis polysporis sumpto minime

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0278-1

contendo sed multos viros lichenum peritos meum genus „*Anziam*“ adoptaturos esse persuasum habeo. Adhuc mihi hae species ad eam spectantes innotuerunt:

1. *Anzia cristulata* (Ach.). Syn. *Parmelia colpodes* Tuck. exs. 74, *P. colpodes* var. *cristulata* Nyl.
2. *Anzia colpodes* Ach.

In earum numero amplius referam:

P. taeniata Nyl.

P. semiteres Mont. — v. d. Bosch.

P. glandulifera Feé quae vero a Nylandero ad relicinam refertur.

Haec hactenus. Nunquam hac de re amplius scribam quum non omnibus idem probari jam dudum animo perceptum habeam.

Ueber den Bau und das Wesen der Zelle. Max Schultze, Ueber Muskelkörperchen und das, was man eine Zelle zu nennen habe. (Reicherts und Du-Bois-Reymonds Archiv 1861.) Ernst Brücke, die Elementarorganismen. (Sitzungsber. der mathemat. naturw. Classe der kais. Academie der Wissenschaften in Wien. Band XLIV. 1861).

In der pflanzlichen und thierischen Gewebelehre gilt seit den bahnbrechenden Arbeiten Schwanns und Schleidens allgemein der Fundamentalsatz, dass die organischen Formelemente, die Zellen, Bläschen sind mit Membran, flüssigem Inhalt und Zellkern. Bei der Pflanzenzelle scheint es auf den ersten Blick, und zumal wenn man nur die höheren Gewächse in Betracht zieht, leicht, diesen Bauplan allenthalben wiederzufinden. Doch treten schon hier bei eingehenderer und umfassenderer Untersuchung Schwierigkeiten auf, wie schon aus den allgemein bekannten Meinungsdifferenzen über den Primordialschlauch und die Primordialzelle genugsam hervorgeht, und aus der von vielen Seiten behaupteten Unmöglichkeit, den Zellkern bei einer Anzahl von Algen und Pilzen auch nach sorgfältigster Untersuchung nachzuweisen. In der thierischen Histiologie hatte es, wie Brücke sagt schon zu Schwanns Zeiten Schwierigkeit, alle Theile aller Zellen in dem Schema eines Bläschens mit Kern und Kern-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0279-9

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1862

Band/Volume: 45

Autor(en)/Author(s): Stizenberger Ernst

Artikel/Article: De Parmelia colpode iterum disseruit 241-243